Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

priuilegia sup reductone saluti Zwetlensis monasterij sine mutacione in Prechhausen videlicet in Scherding et in Neunbech benuolencia legit tradidisse. Hoc priuilegio primum tale hic inuitum.

Henricus dei gratia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie Mutarius suus in Prechhausen et in Scherding gratiam suam et omne bonum. Nouerit quod nos ad instantiam Gertrudis karissime Genitricis nostre bone memorie obtentum quoque pro remedio anime dilecte uxoris nostre esse in Zwetel Cisterciensis Ordinis duo talenta salis ampli in Prechhausen et in Scherding sine omni mutacione et exactione tam sue iudicium annuatim. Volentes et firmiter precipientes ne quis eorum huiusmodi concessionis gratiam pleniter aliquatenus impedire. In cuius rei memoriam presentem paginam inscribi et sigillo nostro mandauimus communiri. Datum Prechhausen. Anno domini millesimo ducentesimo lxxxvij. Octauo Idus Augusti.

Secundum autem priuilegium ipsius domini Henrici ducis Bawarie tale dinoscitur extitisse.

Nos Henricus dei gratia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie presentibus publicamus quod litteras illustris principis F. Ducis Austrie et Stirie viduam et ecclesiarum non cancellatas non vacuatas non abolitas sed veras quo ad statum et filium et alia perpetuitatis signa tenore presentium sine qualibet calumpnia continentes. Nos Friderici dei gratia Dux Austrie et Stirie et dominus Carniole huiusmodi scripti testimonio scire volumus omnibus quod Abbas et Conuentus de Zwetel indulsimus de gratia speciali ut duo talenta salis maioris ligamis educant in danubio per ciuitatem nostre

distretum annis singulis sine mutacione. Et ut huiusmodi concessionis gratia perpetua obtineat firmitatem eidem Abbati et conuentui presens instrumentum dedimus nostrorum sigillorum munimine et subscriptione testium roborati. Sunt autem testes. Magister Vlricus de Chirchperch. Archidiaconus Austrie nostri prothonotarius. Magister Gerhardus Archidiaconus Oynsonensis. Anshalmus de Justingen et alii plures. Datum in Himtperch. Anno domini millesimo ccc.xlvij. decimo kl. Febr. Nos igitur nolentes obsaluti animarum concessa nostris temporibus infringi et potius augmentari presentem gratiam innouamus et confirmamus secundum quod superius plenius et plenius est expressum et interpretatum quod instrumento dicti sine mutacione ut ab omni exactione mute quocumque censeantur nomine sint liberi et immunes. Item gratiam predecessoribus adiecimus gratiam specialem ut aput mutam de Niwenburch nobis debitam vbicumque recipiatur aput Porynowe vel alibi nichil damnum de salibus in superiori scripto instrumento contentis existat gaudeant libere et quiete. In cuius rei testimonium presens instrumentum tradidimus nostri sigilli robore munitum. Datum in Wien. Anno domini millesimo ccc. Septuagesimo septimo. pridie Kal. Julij.

Nunc ad tempus stilum de reductione saluum dimittam et ad alios benefactores nostros scribendo redeam. Inter quos domina Diemudis de Wildekke locum tenere debet. que nobis vna curtem in Sewarn. cum tali priuilegio nostris contulisse.

In nomine sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Vt acta salubria ab hominum non deleantur memoria scripture testimonio debent cauti solidari. ne per huiusmodi detrectatum aliqui metus in ecclesiis superea oriatur per quam talium actuum confinacio fiat in posterum annullata. Presentium igitur continetur manifesti fieri volumus omnibus. quod ego Diemudis dicta de Wildekk cum ad huc eem cum mortalibus in hac vita nolens in factis meis memoria dignis. diem messionis extreme. mine opibus puenire. cum filio et consensu testium subscriptorum videlicet venerabilis

B.

Iure hedneroz